

## mens de INFINITO HARMONICO Criticus.

*Circulus, seu infinitum harmonicum est methodus tractandi unam eandemq; rem infinitis modis.*

Harmonici  
infiniti de-  
finitio.

*Ejus consideratur theoria, & praxis.*

*Theoria est, de hujus circuli partibus.*

Infiniti  
harmonici  
theoria,

*Partes sunt termini simplices & incomplexi, qui possunt esse materia terminorum complexorum.*

*Termini isti sunt vel subjecta, vel predicata.*

*Subjecta sunt, de quibus aliquid dicitur;*

Subjecta  
seu prædi-  
camenta.

*Prædicata, quæ de aliis dicuntur. Quicquid enim occurrit in aliquâ scientiâ, aut subjectum, aut prædicatum est. Sæpè quidem prædicata possunt esse & verò sunt subjecta: sed à potiori fit denominatio. Quia enim ἐπι τὸ πλεῖστον prædicantur, & ἐπι τὸ ἐλάχιστον subjiciuntur, vocantur prædicata.*

*Subjecta sunt ipsa prædicamenta.*

*Suntq; vel substantia, vel accidentia.*

*Substantia sunt, Deus, Angelus, Cælum, Homo, Imaginativa, Sensitiva, Vegetativa, Elementativa.*

Subjecta  
sunt nume-  
ro tredecim,

*Accidentia sunt, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio. Ita sunt in universum tredecim subjecta; octo quidem substantialia, quinque verò accidentalia.*

Hi termini tam latè accipiuntur, ut nihil unquam dicatur, ubi subjectum propositionis ex iis non sit depromendum. Sic igitur in quavis re invenienda, quatenus ea propositionis fit subjectum, memoria habet, in quo se fundet.